UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi, Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m] patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

Vt omnes Christiani ad confirmationem festinent. lxii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

Visual Library

De inordinato ſi quaſi ordinatus baptizare præſumpſerit. Cap. LVIII.

Ex decr. Hormiſdæ papæ, cap. 4.

SI quis baptizat, aut aliquid diuinum officium exercerit per temeritatem non ordinatus, abiiciatur ab eccleſia, & nunquam ordinetur.

Vt presbyteri populum admoneant vt ſuos infantulos ad confirmationem epiſcopo præſentent. Caput LIX.

Ex cōcil. Vvormaciē. ca. 2.

ANnuncient presbyteri populis, vt quam citius [potuerint], ſuos infantulos ad confirmandum epiſcopo præſentari faciant. Quòd ſi neglexerint, & presbyter[i &] populus canonicis diſciplinis ſubiaceant.

Vt omnes perfectæ ætatis, ieiuni ad confirmationem veniant. Cap. LX.

Ex cōcil. Aureliā. cap. 5.

VT ieiuni ad confirmationem veniant perfectæ ætatis, & moneantur confeſsiones facere prius, vt mundi donum ſancti ſpiritus valeant accipere, & quia nunquam erit Chriſtianus, niſi confirmatione epiſcopali fuerit chriſmatus.

De duobus ſacramentis, id eſt, baptiſmo & manus impoſitione. Cap. LXI.

Melchia. papa Hiſpaniarū epiſcopis hæc ſcribit, ca. 6.

DE his verò ſuper quibus rogitaſtis vos informari, eſt, vtrum maius eſſet ſacramentum manus impoſitionis epiſcoporum, aut baptiſmus, ſcitote vtrunque magnum eſſe ſacramentum. Et ſicut vnum à maioribus fit, eſt, à ſummis pontificibus quòd à minoribus perfici potest, ita & maiori veneratione venerandum & tenendum eſt. Sed ita coniuncta ſunt hæc duo ſacramenta, vt inuicem niſi morte præueniēte nullatenus poſsint ſegregari, & vnum ſine altero ritè perfici non poteſt.

Vt omnes Chriſtiani ad confirmationem feſtinent. Cap. LXII.

Ex conci. Vvorma. cap. 6.

VT ad prædicationem & confirmationem epiſcopi omnes deuote conueniant, eique fideliter miniſtrent & obediant.

Item de manus impoſitione. Cap. LXIII.

Euſebius papa fratribus per

MAnus quoque impoſitionis ſacramentum magna veneratione tenendum eſt, quod ab aliis perfici non poteſt, niſi à ſummis ſacerdotibus. Nec tempore apo[ſtolorum]